# PAEDAGOGII ACADEMICI MARBURGENSIS

# EXAMINA AUTUMNALIA

ANNI MDCCCXXI

SCHOLARCHARUM AUCTORITATE ET COLLEGARUM NOMINE
OMNI QUA PAR EST OBSERVANTIA AC HUMANITATE

COMMENDAT

*CHRISTIANUS KOCH,*

PHIL. DR. ET PROFESSOR EXTR. PAEDAGOGII COLLEGA, É SEMINARII PHILOL. DIRECT. AC
SOCIETATIS MARBURGENSIS RER. NATUR. STUD. SODALIBUS EXTRAORD.

---

INEST:

COMMENTATIONIS DE REI CRITICAE EPOCHIS PARTICULA PRIMA,
SISTENS PROOEMIUM.

---

MARBURGI,
TYPIS BAYRHOFFERI ACADEMICIS.

1821

Cum varia variis temporibus fuerint nomina rei ac artis criticae, quae jam a veteribus et *philologia* vocata est a literarum amore, et *polymathia* a multifaria doctrina, et *artium liberalium encyclopaedia*, qua Grammatici ac Rhetores ingenuam moderabantur educationem; apud recentiores autem ab ipsa *Graecorum* ac *Romanorum antiquitate* alias usurpaverit denominationes, easque aut non semper adaequatas, aut justo strictius ad *codicum emendationem* solummodo relatas: hic ante omnia monendum existimavi, in sequente de epochis suis enarratione artem ac rem criticam sumtam esse sensu latiore (*) pariter atque veterrimo, qui

(*) Cum jam ante hos duo vel tres annos scriptum fuisset hoc prooemium, magis exercitationis causa, quam ut publici juris fieret, nunc aliis curis obstrictus id amplificare totumque in rei criticae epochis adumbrandis consilium mutare non potui. Alioquin inter

cernitur *memoria solida* ac *judicio accurato* sive censura omnium, quae ad humanitatem pertinent, literarum ac monumentorum.

---

Criticam sacram atque profanam statim ab initio solitam constituissem differentiam, ita tamen, ut neutram ab altera in doctrina juventuti ingenuae accomodata separandam esse contendissem. Per omnia enim Europae christianae secula educati sumus et educamus hisce duabus rebus, et *ratione* et *traditione*. Jam vero per rationem hic intelligimus illud individuum cuicunque a Deo innatum ac experientia magis minusve excultum organon omnia, ut capi possunt ac debent, capiendi et in verum humani generis usum convertendi. Quae vero intelliguntur optima quaeque a duplice traditione potissimum manarunt hucusque, a *divina* altera, altera *humana*. Hausta sunt ex illâ omnia, quae ad *fidem* et *mores*, ex hâc vero optima saltem quaecunque ad *prudentiam civilem* ac *dictionis formaeque elegantiam* pertinent. Non est igitur difficile intellectu, quam arcte inter se copuletur sacra scriptura cum graeca romanaque literatura, quam arcte igitur utriusque traditionis et divinae et humanae memoria accurata ac judicium subactum, i. e. Critica sacra atque profana inter se copulentur. — Accedit quod hoc etiam Exemplis optimorum virorum per omnia fere rei criticae epochas firmetur, quod igitur non feliciter divellatur narratio earum rerum, quae jam in Josepho et Philone, in Origene et Clemente Alexandrino, Augustino, Hieronymo et Lactantio, Patribus fere omnibus, quae in Erasmis et Grotiis et Clericis, quae in Melanchthone et multis aliis deinceps tali modo etiamsi non gradu secutis arctissime ad unum verioris doctrinae corpus conjunctae fuerunt. — Si denique quaeris, Lector benevole, quam equidem dignitatem assignatam habere velim Criticis profanis in mutuo cum Criticis sacris commercio, utrum alteri ancillari debere censeam; si quaeris, quam omnino Criticis tributam esse velim auctoritatem respectu illorum,

Priusquam igitur ad hanc levem Epocharum adumbrationem me accingerem, a consilio meo non alienum esse putavi, quaedam de verae critices indole, causis et originibus praemittere, ut statim ab initio facilius appareat, quam equidem viam ac rationem sequendam esse in hac re existimaverim.

Cernitur autem INDOLES ejus, quod jam monitum est, *memoria solida* et *judicio accurato* literarum ac

---

qui magis patrio sermone elegantissime προφητεύειν voluerunt aut potuerunt, quam πνεύματα διακρίνειν et γλώσσαις λαλεῖν; immo si forte mecum contendis nihil fuisse in scholarum umbris voluminumque auctoritate, quod non antea fuerit in vitae luce ipsiusque rationis ac experientiae consuetudine, si igitur multi majoris χαρίσματα censes practicorum dynamicorumque illorum, qui in re publica κυβερνήσεις, ἀντιλήψεις, ἰάματα potius curare voluerunt aut potuerunt, qui proprio marte magis gubernant, sanant, tuentur, quam dona eorum, qui principia id recte faciendi docent, dijudicant, tradunt: in omnibus istius modi litibus non est difficile intellectu, quamnam earum dirimendarum viam ac rationem pro sola vera habeam, et quale omnino omnium nostrarum rerum ac cognitionum centrum mihi esse videtur, quales limites, quanti radii. Si quis enim, abstractis abstrahendis iis quae locis ac temporibus propria fuerunt, verius mihi ostenderit principium de his rebus cogitandi ac dijudicandi, quam quod Apostolus secutus est in Epistola ad nostri aevi Corinthios prima, inde à cap. XII usque ad XIV, hic erit mihi — magnus Apollo! Nunc autem hanc de utraque Critica rationem paullo uberius exponere, id esset commentationem scribere velle in commentatiuncula.

monumentorum fere omnium ad humanitatis cultum pertinentium. Quoniam vero gentium nec literae nec monumenta sine suarum linguarum studio erui aut recludi ac proprio suo atque nativo colore habituque satis intelligi possunt, sequitur tripartitam esse omnis critices materiam, nobis ex antiquitate relictam, *linguas*, *auctores*, *monumenta*. Et quod quidem attinet ad auctores, in quibus tractandis potissimum versatur id quod modestissime philologiae vocabulo insignitum est, subjecta ei sunt ea inprimis opera *poetica*, *historica*, *philosophica*, quae non tam umbrae scholarum, quam ipsius vitae ingenio suam debent originem. Nam et tempore et natura priora fuerunt ea opera, quae non solum memoria et judicio, sed etiam animi sensibus et imaginatione magis minusve conspicua, liberae ipsius vitae experientiae et ingenio debentur. Neque enim rerum naturae repugnat, nec facile quis negaverit, Graeciam, omnium fere artium humanarum si non inventricem at cultricem tamen ac summum perfectionis exemplar, prius habuisse Homeridas, quam Aristarchos, prius Herodotos quam Dionysios, prius Platonem quam Aristotelem, prius oratores quam elo-

quentiae magistros. Ex quibus exemplis quoque apparet, nos recte et secundum rerum naturam primum critices objectum posuisse in poeseos operibus, ex quibus ortum suum duxerunt deinde elegantioris veraeque historiae, denique sapientiae opera ea, quae non, ut merae doctrinae opera ab eloquentia, neque, ut seriorum Rhetorum scripta, ab ipsa sapientia separata fuerunt. In iis auctoribus itaque recte interpretandis, dijudicandis, tradendis et imitandis versatur larga critici muneris materia, minus ampla, si ad optimos quoscunque restringitur, maxime necessaria, si etiam in bonis falsa dijudicare et omnibus recte uti velis, at minus splendida, si consideraveris, quoad formam Criticorum negotium nihil aliud esse, quam historicam qualemcunque ac philosophicam eruditionem applicare in gentium linguas, artis monumenta et optimos quoscunque auctores tradendos.

Jam vero ab ipsius Poeseos, Historiae ac Philosophiae causa et origine, in quibus, ut monuimus, praecipua omnis rei criticae versatur materia, altius repetere hanc commentationem, nunc non est nostrae brevitatis, quamquam per se sit maximi momenti, et a

pluribus, iisque egregiis viris jam saepius sive factum sive tentatum. In rerum primordia indagare, arduum est semper et perquam difficile, ideoque non mirabimur ubi aut literarum monumenta deserunt scrutatores, aut velut e naufragio reliquiae quaedam vetustatis eos vix et ne vix quidem comitantur, dissensum fuisse ac semper fore inter eruditos vel maximum (*). Sunt qui à *Gogueti* inde temporibus, neglecta traditione, omnia ab ipsa natura magistra derivare velint, et artes omnes ad analogiam novi orbis Barbarorum in Graeciae solo excultas non tantum, verum etiam inventas esse dicant. Sunt, qui traditionis obscurae magis sequentes vestigia ex Asiae sapientia omnia peti posse contendant, quorum et ipsa ratio sibi non semper constitit. Nam Gerardi Joannis *Vossii*, *Huetii*, *Bocharti* aliorumque temporibus adhuc à patribus receptum erat, omnes culturae origines ad sacrae scripturae genesin revocare; nunc statim in Indiam quasi humani generis incunabula remeare rectius quibusdam videtur,

(*) Sed vehementer dolendum, si, quod nuper vidimus, dissensus abit in *dissidia*, liberae veritatis disquisitioni parum, doctae criticorum dignitati nihil profutura.

neglecta propria Graeciae indole ac ratione. Mihi quidem mediam quandam cum beatis historiae humanae duumviris, *Müllero* et *Herdero*, tenere viam beatissimum videtur, nec Ἀυτοχθόνων fabulam amplectendo, nec in minutissimis quibuscunque lubricam Orientis viam justo maturius persequendo. Humanarum autem cognitionum, quae per Europam innotuerunt, initium *bis* duci posse à sacerdotum sapientia symbolica non ineptum apparet, si qua est Herodoti atque Platonis auctoritas, et si qua est medii aevi non omnino incommoda analogia (*). Ac Graecis quidem ὕμνοι ad modum

(*) Si quis igitur conferre voluerit hymnos liturgicos, quandam quasi encyclopaediam dogmatum singulis et abruptis epiphonemasi complectentes, inde à celebratissimo illo ac merito hodieque nobis laudatissimo S. Ambrosii usque ad explosas litanias ad symbolice repraesentatas sanctam Fidem, S. Charitatem, Sanctamque Spem — si quis igitur talia et ejusmodi conferre voluerit cum hymnis istis, Orphicorum saltem speciem quandam prae se ferentibus, e. c. ad Ὀυρανὸν, antiquissimum pantheismum redolentibus, nec non arabicum quendam Chaliphae ipsiusque summi sacerdotis Ali ben Abi Talebi, singulis abruptisque ad Deum unum omnipotentem epiphonemasi totam fere Corani dogmatum encyclopaediam exhibentem (ex ed. van Warnen, Oxon. 1806, sive Kuypers Lugduni Bat. 1745, cujus quidem notitiam *omnimodo* singulari erga me benevolentiae Hartmanni nostri piissime debeo!): haud facile abnuet nobis analogiam culturae gentium secundum quidem modum ac originem non contemnendam, quamquam et forma et materia diversissimam.

orphicorum cum nescio qua μυστηριοσοφίᾳ primum mitioris culturae organon fuisse satis constanter traduntur. Secuti sunt deinceps post pelasgica tempora sacerdotibus magis populares ἀοιδοὶ s. cantores narratorii, ac id quidem maxime contulit, ut mythicis ac heroicis Hellenum temporibus antiqua Orientis sapientia paullatim proprium quendam ac nativum a Graeciae solo, cölo, moribus et dialectis traheret colorem, aut potius omnem fere subinde peregrinae originis formam exueret (*). Tunc secuti sunt λόγοι et λογοποιοὶ, deorum hominumque fabulas jam pedestri oratione prosequentes; deinde ἱστορίαι; denique post σοφῶν tempora philosophia cum eloquentia graecanicae disciplinae orbem explevisse videtur, donec variis sectarum mutationibus et corrupta morum conditione sensim sensimque inclinaverit eo, unde progressa fuerat Graecorum sapientia et pulcherrima poetici polytheismi species, scilicet ad mysticum illum et allegoricum pantheismi sacerdotalis habitum,

---

(*) Ita etiam in re dramatica, teste Aristotele in poetices c. 3, 4 et 5, omnia fuerunt inventionis indigenae, undeunde nobis venerit ille Dionysus, cujus in honorem dithyrambos et phallica, tragödiae comödiaeque primordia, canebant.

Alexandrinis temporibus satis cognitum, non sine multis iisque nobilissimis certaminibus denique à clara Evangelii luce explosum. Sed nova deinceps plebe e gentium migratione exorta, nova etiam in Monotheismo exstitit superstitio, similis sapientiae sacerdotalis necessitas et abusus, simile renatis literis a reformatoribus subeundum certamen, ita ut, mutatis quidem formis, nihil novi tamen sub sole fieri semper admoneamur in cultura gentium perlustranda.

Sed his missis jam ad id quod propositum fuerat, revertamur, de ipsius *rei et artis criticae* CAUSIS ac ORIGINIBUS ante ejus epocharum enarrationem pauca, quae nobis quidem visa sunt, praemonentes.

Quando igitur, ut a solis *causis* altius repetitis incipiam, temporum successu mirum in modum aucta est populi ingenui experientia, rei publicae vicissitudinibus ad finem quodammodo vergentibus, expleto quasi omni culturae suae orbe, duplex existit rei et artis criticae causa, quarum altera à librorum copia, altera ab effōta quasi exhaustaque ingenii vegetioris natura proficiscitur. Ac propter librorum copiam oriatur desiderium eligendi pariter ac conservandi necesse est.

Tunc demum igitur secernuntur libri optimi, emendantur temporum injuria depravati, notantur spurii, quod est judicii res; conservantur reliqui, explicantur, traduntur posteritati ii potissimum, qui jam omnibus fere traditione digna visa funt: en tibi memoriae negotium, quod tamen et item a judicio non penitus separandum erit. Sequitur deinceps, quod propter exhaustam ingenii vegetioris naturam non tam facultas supersit parere nova, quam parta tueri, digerere, propagare, quod, quia fit literarum monumentis, etiam *grammatica* a literis ceu instrumento priscis temporibus nominata est eadem res, quae à parte potiori, i. e. judicii indole rectius et universalius *critica* semper vocabitur. Constat enim inter omnes utramque vocem synonymam fere fuisse antiquis. Attamen in accuratiore loquendi usu, qui in ipsa doctrina tradenda valere debet, alteram alteri praeferendam esse duxi, quia nimirum secundum ἔτυμον res grammatica sive etiam philologica literarum solummodo monumentis convenit, res critica autem omnino quoque artis plasticae reliquias ac monumenta, Archaeologiae nomine hodie justo vagius insignita, complecti potest.

Et hoc quidem de rei criticae nomine ac causa, ab ipsa hominum natura profecta, monendum esse duxi, in quibus rebus mira quaedam apparet senescentis cujuscunque et hominis et populi, ingenui quamvis sed naturae legibus obnoxii, aequiparatio ac similitudo.

Quod porro attinet ad artis reique criticae *origines* sive fortuitas magisque historicas occasiones, manifestum est, eas a Graecorum fatis politicis esse derivandas, at non maturius quam profligato popularis urbium ac emergente regii imperii statu et conditione constituendas. Nam à parte potiori fit denominatio, et quamquam haud nego quaedam rei criticae incunabula jam apparuisse felici pro tempore Pisistradidarum tyrannide, qui primi Athenis publicam instituerunt bibliothecam, haec tamen Persarum temporibus combusta aut dissipata nihil facile reliquerit, quod mole aliqua intempestiva virilem populi genium obruere aut liberum ejus et adhuc crescentem ingenii vigorem praematuris legibus obstringere potuisset. Ita privatorum manserunt omnia rei literariae adminicula, et neque in Gymnasiis adolescentes, neque in Theatris auditores à literis pendebant ac voluminibus, donec *Alexandria* condita

fuerit, urbs illa praeclara, quae merito alma artis grammaticae omnisque rei criticae mater vocari potest. Enimvero jam é consilio conditoris sui magni illius Alexandri, à magno rerum universalium observatore ac praeceptore *Aristotele* eruditi, à maxima fortuna adjuti, haec urbs, media scilicet inter maria et omnium terrarum orbem sita, non solum omnium bonorum ac mercium, sed etiam omnium fere opinionum ac artium metropolis esse videbatur, quam regum diversissimorum prudentia aut consuetudo fovebat, et multorum seculorum fortuna juvabat, ipsa natura augebat, sustentabat. Quamquam enim finita aut profligata saltem ac debilitata jacebat civitatum graecarum föcunda libertas nova parturiendi monumenta ingenii, novum tamen parta tuendi, disponendi, cernendi, dijudicandi ac cum omnibus populis communicandi exortum est desiderium atque consuetudo, quae sine arte grammatica et critica ne cogitari quidem potest. Accedit quod perfectius excoluerunt disciplinas, quarum jam antea jacta fuerant fundamenta, medicam artem, aliasque cognatas ad vitae usum pertinentes, quamquam elegantiae ac prudentiae civilis studiis omninoque rei cri-

ticae aut literariae minus subjectas. Nemo igitur inficias ibit, divinam providentiam tam diu hanc urbem conservasse literarum commodis, donec optimarum artium semina sensim sensimque latius inde dispersa novas paulatim inter Romanas et barbaras gentes tulissent fruges, in dies crescentes atque non amplius exstirpandas, licet exstirpatis jam diu Alexandrinorum criticorum sedibus, ac Grammaticorum voluminibus dissipatis, crematis, deperditis.

Prima igitur rei criticae epocha à Ptolemaeorum Alexandriae regnantium temporibus erit constituenda usque ad tempora, quibus fere omnes hujus urbis bibliothecae deletae fuerant, et alia orta erant literarum refugia, novà jam ad eas conservandas propagandasque divinitus enatà religione, militante antea per plura secula, nunc penitus triumphante, i. e. usque ad cönobia S. Basilii in oriente, et S. Benedicti in occidente. Haec epocha, fere millenaria, incipit anno circiter ccc ante Christum natum et desinit anno circiter dc post hanc aeram nostram, atque ab origine ac indole non immerito ejus periodus vocatur antiqua et alexandrina.

Erunt autem hujus periodi accuratius cognoscendae ac enarrandae *fontes*, non exceptis Aristotelis rhetoricis et poetica, nec non quibusdam Historicis, praecipui Grammatici s. Critici Alexandrini, quotquot superstites sunt, quorum pauci in collectione Aldina exstant, plures adhuc in bibliothecis inediti latent, exceptis reliquiis Villoisonianis, aliisque. Inter Graecos conspicui sunt post lautas Athenaei epulas Dionysius Halicarnassensis et Longinus cum Hermogene Tarsensi et Appollonio Dyscolo; inter Romanos adhibendi praeter Ciceronis rhetorica Quintilianus et Suetonius de illustribus Grammaticis et Rhetoribus cum Anonymo de causis corruptae eloquentiae, Aulo Gellio, aliisque. Post Pollucis onomasticon vero, etiamsi ad ipsas Graecorum antiquitates expiscandas ac venandas maxime accomodatum esse videtur, etiam Hesychius, inprimis autem Suidas, quamquam in sequente periodo vixerit, consulendus est de scriptoribus. Denique mixtae scholiorum catenae, praesertim quae ad Pindarum, Euripidem, Aristophanem, Lycophronem, collectae sunt notae variorum, cum Latinorum Servio, Donato, Graecorumque Eustathio, etiamsi medio

demum vixerit aevo, minime sunt spernendi. — Novissima autem hujus periodi *subsidia* post Heynium de genio seculi Ptolemaeorum et elegantissimum Manso in scriptis quibusdam vernaculis de Alexandria sub Ptolemaeo II, et de Attalis, praecipue sunt Wolfii prolegomena ad Homerum, ubi ipsius artis tum temporis excultae rationes ὡς ἐν παρόδῳ quidem sed egregie ex ipsis fontibus Villoisonianis explicantur. Accedit liber integer duobus tomis Jacobi Matter, franco-gallice scriptus, de schola alexandrina ab Alexandro magno usque ad Alexandrum Severum, facetius quam rectius dispositus, ceterum pretio coronatus regiae inscriptionum elegantiorumque literarum Academiae.

Secunda epocha initium ac finem medii continet aevi, a disciplina monastica ac claustralibus septem liberalium artium vinculis usque ad renatas in occidente, fugientes ex oriente literas et reformationem ecclesiae. Si quis autem plane nullam in hac periodo Criticam fuisse contenderit, quia antiqua jacebant judicata, calamo solummodo ac memoria misere propagata, nova vero humani ingenii molimina, Trubadurorum, Minstreliorum, Minnicorum et omnino Romanticorum,

veluti barbara despiciebantur, animadvertat tamen, in Oriente adhuc viguisse τὰ καλὰ γράμματα (belles lettres) ad ingenium formandum ad res politicas, sicut in occidente symbolicus artium numerus septenarius, ad sacram paginam propaedeuticus, veluti sub cinere multo fovebat scintillas, quae in Italia primum aura favente divina ac occassione felici novam procrearunt literaturam, ut taceam de novis artis plasticae monumentis christianis, novae artis criticae postea demum materia. Est igitur et haec medii aevi periodus — sacerdotalis, juvenilis, semibarbara — fere millenaria, a sexto usque ad decimum sextum p. C. seculum.

Ac ejus quidem *fontes* derivandi erunt, quoad fata externa, e chronicis tum Latinis tum Byzantinis; quoad ipsius literaturae habitum internum in Oriente nobis exhibebunt exempla Eudociae violarium, Anna Comnena, Eustathius, Photius, alii; in Occidente post Martianum Capellam Boethius et Cassiodorus, Isidorus Hispalensis, Fuldensis noster Rhabanus Maurus, et melioris notae Anglus iste multo serior, Joannes Sarisberiensis, Grammatici denique latini collectione Putschii, usque ad epistolas Philelphi aliorumque huma-

niorum literarum restauratorum, nec non ultimum nobis quidem notum septem artium traditorem, Joannem Wowerium in Polymathiâ, clausâ adhuc in istis sacerdotalibus vinculis, ruptis demum per Joannis Clerici artem criticam.

Epochae hujus *subsidia* exhibent nobis Muratorius in antiquitatum Italicarum Tom. III, de literarum statu, neglectu, et cultura in Italia post barbaros in eam invectos, Mabillonius in annalibus ordinis Benedicti, Caesar Egassius Bulaeus in historia universitatis Pariscensis nec non passim Maurus Sartius de claris Archigymnasii Bononiensis professoribus. Utriusque periodi bibliographiam Fabricius praebet in locupletissimis suis bibliothecis, graeca (Tom. VI et VII ed. Harles) atque latina; elegantissimum autem conspectum antiquarum literarum per medium aevum Heerenius in historia Philologiae vernacula duobus tomis absolvit.

Tertia denique et ultima Epocha, periodo quidem inchoata, sed nondum finita, per id ipsum difficiliorem reddit liberum ac incorruptum sui conspectum. Quia igitur per tria et quod excurrit secula haec periodus nobis proprior obversans in nostram artis

rationem adhuc plurimum valet, non abs re fore judicavi, praeeunte Creuzero in ea tres peculiares constituere epochas, e tribus diversis ac late divulgatis Criticorum consiliis atque rationibus petitas.

Fuit itaque in seculo decimo quinto et sexto *epocha* recentioris aevi *prima*, maxime poetica ab indole, Medicea a loco originis vocanda. Critici humanissimi exemplar in hac periodo exhibet nobis *Marcus Antonius Muretus* in orationibus, epistolis, poematiis, variis lectionibus et commentariis utilissimis.

Seculum decimum septimum continet *secundam* critices recentioris *epocham*, variâ ac diffusâ doctrinâ et magis memoriâ quam judicio conspicuam, quam à sede primaria Batavam nominare poteris. Maximum illa suae indolis monumentum reliquit in utroque thesauro antiquitatum, graecarum *Gronovii*, romanarumque *Graevii*.

Seculum decimum octavum usque ad nostra fere tempora continet *tertiam* critices recentioris *epocham*, magis de forma quam de materia antiquitatis sollicitam, elegantius ac subtilius in linguarum analogiam, genuinam auctorum dictionem, atque pulchritudinem

monumentorum inquirentem, Tiberii *Hemsterhusii*, *Bentleji* ac *Winkelmanni* nomine et auctoritate celebratissimam. — Sicuti autem novissimus quilibet seculorum genius semper fuit qualiscunque Veterum interpres, ita etiam recentissimis temporibus philosophiam nostratium, comparationem coloniarum nostrarum cum antiquis, quaestiones turbasque de rebus publicis sapienter constituendis, aliaque hujus generis suam etiam vim exercuisse vidimus in antiquitatis scrutatores, quorum adhuc viget fama et labor improbus.

Quod tandem memoria adhuc dignissimum ac maximi momenti est — Recentiorum Critica non unum solummodo exercet munus in antiquos auctores, sed etiam novum plane ac antea inauditum in literaturam patriam, tam poeticam quam prosaicam, jam antiquitatis aemulam potius quam imitatricem, cujus criseos coryphaei inter Germanos fuere *Lessingius* et *Herderus*, Guilielmus et Fridericus *Schlegelius*, quorum tamen hic novissimis temporibus proselytica magis quam critica arte inclarescere concupivit.

De *fontibus* denique et *subsidiis* illarum epocharum nihil est, quod curem, nisi cautionem sagacem

ne nos obrepat aut partium studium aut obruat multitudo ephemeridum literariarum inde a Dionysio de Sallo, primo illarum ab anno inde MDCLXV chorego („Journal des Sçavans") usque ad nostrorum temporum celebratissimas quascunque, aut alia omnis generis editionum, praefationum et scriptionum farrago, in quibus omnibus filum Ariadnes praebebunt exoptatissimum historiae literariae univarsalis triumviri, *Meuselius*, *Eichhornius*, *Wachlerus*.

Separatam vero artis et rei criticae historiam paulo locupletiorem, veram, sagacem, pragmaticam ac elegantem frustra fortasse aliquis quaeret. Nam et Heerenii liber de Philologiae historia, ad Gottingensem illum ac egregium omnium scientiarum cyclum historicum pertinens, fragmentum solummodo extitit ejusmodi historiae in epocha medii aevi sine ulla fortasse spe exoptatissimae continuationis, et illa, quam nobis Creuzerus in libro populari de academico Antiquitatis studio dedit, adumbratio elegantissima de tribus rei criticae epochis, majoris aliquando voluminis dulce desiderium legentibus relinquit.

Quodsi equidem pauca quaedam de singulis epochis enarrare apud animum constitui, me neque facilitas negotii, quod secundum Longinum ultimus tandem longae experientiae fructus esse deberet, neque ingenii vires, quas semper exiguas fuisse mihi satis conscius sum, ad id faciendum aut periclitandum propulerunt, sed sola hujus rei contemplandae utilitas, quam maximam esse inter philologos quilibet videbit. Nam cum etiam nostrarum rerum historia jam per se jucunda sit, tanquam diversissimorum temporum testis, etiam multifariae veritatis lux erit ac vitae prudentioris magistra, quae optimam in omni aetate studiorum rationem docere poterit, ne vana sectemur studia, ne alias spernamus disciplinas, ne nostras parvi censeamus aut justo arctius limitemus haerentes in quisquiliis, ut scopulos vitemus in quibus allidere solent Grammatici aut Critici, ut acta non agamus, non acta negligamus, ut denique non ignoremus, quod scilicet in qualibet doctrina utilissimum immo necessarium est, unde venerit, quas subierit vicissitudines et quorsum tendat disciplina nostra.

Sed priusquam ad jam quidem delineatam epochae primae adumbrationem propius accedamus, tempus erit piissimi recordari negotii, et ad id redire, in quo praecipue officii ac provinciae nostrae partes versantur ac summa absolvitur.

Instant nimirum d. XXI. et XXII. Septembris hujus anni publica nostrae in Paedagogio academico erudiendae juventutis examina, ad quae omni qua par est humanitate ac reverentia *Praesules*, *Patres*, *Fautores* et *Amicos* ingenuae educationis invitare jussi sumus.

Ut vero etiam aliis discipulorum parentibus atque fautoribus aliquam semestris anteacti rationem reddamus, more jam sueto brevem conspectum patrio sermone conscriptum de Examinis ordine, Lectionum curriculo ac Alumnorum statu separatim adhuc subjiciendum esse statuimus.

ZUR

# PRÜFUNG DER ZÖGLINGE

IM

## ACADEMISCHEN PÄDAGOGIUM IN MARBURG

DEN 21. UND 22. SEPTEMBER 1821.

MARBURG MIT BAYRHOFFER'SCHEN SCHRIFTEN.

Die Herbstprüfungen der Schüler im hiesigen academischen Pädagogium sind statutarisch auf den 21ten und 22ten September festgesetzt. Die *Ordnung* dabei ist folgende:

FREITAGS von 9 — 12 Uhr: Prüfung der Primaner und Secundaner im *Lateinischen* und *Griechischen*.

Ein religiöser Gesang der Schüler wird die Feierlichkeit eröffnen.

Von 2 — 5 Uhr Nachmittags: Prüfung der Tertianer und Quartaner in denselben Sprachen.

SONNABENDS von 9 — 12: Prüfung sämmtlicher Schüler im *Französischen*, in der *Mathematik*, *Geschichte* und *Geographie*.

Von 2 — 3: *Censur* der Sitten und *Versetzung* in höhere Classen.

---

Was übrigens noch zur statistischen Uebersicht dieser Lehr- und Erziehungsanstalt im verflossenen Halbjahre von allgemeinem Interesse seyn kann, dürfte am kürzesten aus beiden folgenden Verzeichnissen ersichtlich seyn:

# I.

## *Verzeichniſs des von Ostern bis Michaelis 1821 ertheilten Unterrichts.*

A) *Lateinisch:* (Eingeführte Schulgrammatik: *Wenk's* unveränderte Ausg. In der obersten Classe ist jedoch noch *Grotefend's* lateinische Sprachlehre, dritte Ausg. Fr. 1820 gewählt worden.)

a) *Stylübungen:* in I. (Prima) bei Prof. *Börsch* in 2 wöchentlichen Stunden, nebst 1 zu Extemporal-Uebungen; in II. (Secunda) b. Prof. *Müller* in 2 w. St., nach *Creuzer* 1—3, 6—9, 12, 14—17tes Stück; in III. (Tertia) b. Doct. *Amelung* in 2 w. St. nach *Werner's* 2tem Bändch. v. S. 1—99 mit der zweiten, u. v. S. 133—203 mit der ersten Ordnung; in IV. (Quarta) b. Prof. *Koch* in 4 w. St. nach *Werner's* 1tem Bdch. v. S. 1—53 mit der zweiten, u. v. S. 113 b. Ende (ausgenommen S. 118—144) mit der ersten Ordnung.

(Die Prüfungen hierin bestehen in den vorgelegten Probearbeiten und dienen als Maaſsstab bei den Versetzungen.)

b) *Lesung der Autoren:* in I. HORAT. Od. lib. 3, mit Ausnahme der 10, 15, 18, 20, 22 u. 26ten Ode, u. Sat. 1, 1 u. 9 in 4 w. St.; LIV. l. 21, c. 45—Ende, l. 22, c. 1—9, 13—18, 27—30, 45—50, desgleichen in 4 w. St. b. Prof. *Börsch;* CICER. or. pro Marcello et Ligar. b. Doct. *Amelung* in 2 w. St.; — in II. VIRGIL. Aen. l. 3 u. 5 in 4 w. St., desgleichen CAESAR. l. 3. 4 u. 5 b. Prof. *Müller;* — in III. der ersten Ordnung OVID. Met. 4, 146 — 312, u. 5, 313 — 381 bei e. Mitgl. des philologischen Seminars (bisher Stud. *Creuzer*) in 2 w. St.; in der zweiten Ordn. PHAEDR. l. 2 u. 3 gröſstentheils, b. e. Mitgl. d. phil. Sem. (bisher Stud. *Fuldner*) in 2 w. St.; JUSTIN. l. 4—6 bei Doct. *Amelung* in 4 w. St.; — in IV. mit beiden Ordnungen b. demselb. RIZHAUB's 2tes Bdch. gröſstentheils in 4 w. St.; in der 1ten Ordn. BROEDER's Lesebuch v. §. 231—255 mündlich u. schriftlich b. e. Mitgl. d. phil. Seminars (bisher Stud. *Röbenacke*) in 2 w. St.; in der 2ten Ordn. RIZHAUB's 1tes Bändchen, Erzählung 10—30 b. e. Mitgl. d. philol. Sem. (bisher Stud. *Meurer*) in 2 w. St.

B) *Griechisch:* (Eingeführte Schulgrammatik: *Buttmann*).

a) *Grammatische Uebungen:* in I. Syntax der Partikeln und Moden, nebst Versionen und Retroversionen aus geeigneten Xenophontischen Stücken mit jeweiligen Extemporalübungen b. Prof. *Koch* in 2 w. St.; in II. und III. waren grammatische Uebungen mit der Lesung aufs genaueste verbunden.

b) *Lesung der Autoren:* in I. HOMER. Od. XII, und XENOPHONT. memor. in Jacobs Socrates S. 43 — 88 b. Prof. *Koch* in 3 w. St.; — in II. XENOPH. hist. gr. aus Jacobs Attika b. Doct. *Amelung* in 4 w. St.; — in III., in welcher Classe der erste Grund zu diesem Unterrichte gelegt zu werden pflegt, Jacobs Elementarbuch Abschn. 8, 9 u. 10 b. Prof. *Börsch*, mit Uebungen im Lesen nach dem Accente, im Decliniren, Conjugiren und mündlichen Uebersetzungen deutscher Sätze ins Griechische, in 4 w. St.

C) *Französisch* in 3 Separatklassen b. Prof. *Kühne*, und zwar in dessen I. aus desselben LECTURE amusante et instructive v. S. 18 — 31 in 1 w. St.; aus dess. neuen MATERIALIEN v. S. 242 — 254 mündlich, und v. S. 211 — 235 schriftlich in 2 w. St.; in dess. II. LECTURE etc. v. S. 68 — 80 in 1. w. St.; aus dess. UEBUNGSBUCH v. S. 58 — 75 in 1 w. St. mündlich, und aus dessen neuen MATERIALIEN S. 222 — 237 in 1 w. St. schriftlich. Endlich in dessen III. desselben RECUEIL p. 6 — 23 in 1 w. St. und dess. UEBUNGSBUCH S. 29 — 30 u. 48 — 49 in 2 w. St.

D) *Deutsch:* (Gewählte Schulgrammatik: *Heinsius.*)

a) *Stylübungen* in I. u. II. bei Prof. *Koch* in 2 wöchentl. Stund. (Die Prüfungen hierin bestehen in den vorgelegten Probearbeiten)

b) *Orthographische Uebungen* in III. b. Doct. *Amelung* in 2 w. St., desgleichen in IV. b. dems. in 2 w. St.

E) *Mathematik* bei Prof. *Müller*.

In I. Geometrie in 3 w. St. nach *Lorenz* bis auf die Lehre v. d. Proportion und Aehnlichkeit; in II. Arithmetik, die Lehre v. d. Proportionen; Geometrie nach *Lorenz* bis auf d. Lehre v. d. Parallellinien, in 3 w. St.; in III. die 4 Rechnungsarten in ganzen und gebrochenen Zahlen in 2 w. St.

F) *Geschichte* bei Prof. *Koch*.

In I. und II. vereinigt, Uebersicht der 3 letzten Jahrhunderte mit vorzüglicher Rücksicht auf vaterländische Geschichte und Literatur nach *Schröckh* von *Pölitz*, in 3 w. St.

In III. u. IV. desgl. nach *Bredow's* Hauptbegebenheiten von der Reformation an bis zu Ende in 2 w. St.

G) *Geographie* nebst naturgeschichtlichen und andern gemeinnützigen Kenntnissen bei Prof. *Börsch*.

In I. u. II. in 2 w. St. vereinigt, *Asien*, *Afrika* und *Amerika*.

In III. dasselbe in 2. w. St. nach *Gaspari's* 1tem Cursus; desgl. in IV. in 2 w. St. *Europa*, *Asien*, *Afrika* und *Amerika*.

H) *Schönschreiben* in III. bei Bibliotheks-Scribent *Werneburg* in 2 w. St. In IV. desgl. nebst den Elementen des *Kopf-* und *Tafelrechnens* in 4 w. St.

(Mit vorgelegten Proben zur Prüfung.)

I) *Religiöse Gesanglehre* bei Prof. *Müller* in 2 w. St. mit Schülern aus allen Classen.

K) *Religions- und Sittenlehre* bei Prof. *Koch*.

In I. u. II. vereinigt, die christl. Sittenlehre nach *Niemeyer's* Lehrbuch für die oberen Religionsclassen gelehrter Schulen, nebst dem hodegetischen Anhang über die Vortheile, Gefahren und Pflichten des academ. Lebens, in 2 w. St.

In III. u. IV. vereinigt, die biblischen Geschichten und Lehren aus d. A. T. nach *Hübner* (von Dr. *Rauschenbusch*, Schwelm b. Moritz *Scherz*, 1818, die 6te *ächte* Ausgabe) v. Kap. 1 — 35, in 2 w. St.

## II.

### *Verzeichniſs der von Ostern bis Michaelis 1821 Unterrichteten, nach ihren verhältniſsmäſsigen Fortschritten, ihrem Lebens- und Classenalter.*

| Classe und Stelle. | | Namen, nebst elterlichem Wohnorte der Auswärtigen. | Lebens-alter. | Classen-alter. |
|---|---|---|---|---|
| Prima. | | | Jahre. | |
| Erste Ordnung. | 1 | Alexander *v. Baumbach* . . . . . . . | $15\frac{3}{4}$ | $2\frac{1}{2}$ |
| | 2 | Heinrich *Feuſsner* . . . . . . . . | $17\frac{3}{4}$ | 1 |
| | 3 | Georg *Sporleder* (Jesberg) . . . . . . | 17 | $1\frac{1}{2}$ |
| | 4 | Ludwig *Scriba* (Bottendorf) . . . . . . | 19 | 1 |
| | 5 | Carl Wilhelm *Jacobi* (Kirchhain) . . . . . | $18\frac{1}{2}$ | 1 |
| | 6 | Carl Valentin *Renner* (Frankenberg) . . . . | 17 | $\frac{1}{2}$ |
| | 7 | Conrad Heinrich *Neebe* (Rauschenberg) . . . | 18 | 1 |
| | 8 | Friedrich Wilhelm *Sangmeister* . . . . . | $16\frac{1}{4}$ | 1 |
| | 9 | Philipp *Flügel* . . . . . . . . . | $17\frac{1}{2}$ | 1 |
| | 10 | Carl Friedrich Georg Hugo August *v. Gehren* . | 16 | 1 |

| Classe und Stelle. | Namen, nebst elterlichem Wohnorte der Auswärtigen. | Lebens-alter. | Classen-alter. |
|---|---|---|---|
| *Prima.* | | *Jahre.* | |
| Zweite Ordnung. 11 | Christian *Thomas* (Homberg) | 17 | ½ |
| 12 | Hermann August *Eberhard* | 16 | 1 |
| 13 | Carl Ernst Heinrich Theodor *Graff* | 17 | 1 |
| 14 | Carl Alexander Theodor *Giller* | 16¼ | 1 |
| 15 | George Friedrich Ludwig Wilhelm *Buff* | 17¾ | 1 |
| 16 | Otto Wolf Philipp Reinhard *v. Motz* | 16¾ | 1 |
| 17 | Eduard *Metzger* | 15½ | ½ |
| 18 | Johann Ludwig *Hieronymus* (Luisendorf) | 21 | ½ |
| 19 | C. Heinrich *Wundt* | 17¾ | 1 |
| 20 | Hermann Heinrich Theodor *Mertz* | 16 | ½ |
| 21 | Joh. Christian Wilhelm *Nippoldt* | 18 | ½ |
| *Secunda* | | | |
| 1 | Joh. Christoph *Höbelheinrich* (Heinsberg im Bezirk Arnsberg) | 16 | 1 |
| 2 | Joh. Heinrich *Gamb* (Rauschenberg) | 17¾ | 1 |
| 3 | Ernst Friedrich Heinrich Carl Ludwig *Mertz* | 13¾ | 1 |
| 4 | Wilhelm Christian *Flor* (Ellnhausen) | 18 | 2 |
| 5 | Wilhelm August Heinrich *Scheffer* | 13¾ | 1 |
| 6 | Johann Conrad *Gundlach* | 15½ | 1 |
| 7 | Moritz Wilhelm *v. Bärnfels* | 14½ | 1 |
| 8 | Herm. Friedr. Ludw. Ernst Wilhelm *v. Baumbach* | 13¾ | 1 |
| 9 | Friedrich Carl Reinhard *Ritter* | 14 | 1 |
| 10 | Heinrich Ludwig *Bezzenberger* | 14¼ | 2 |
| 11 | Joh. Jacob *Hoffmann* | 14½ | 1 |
| 12 | Friedrich Wilhelm *Hoffmann* | 16¾ | 1 |
| 13 | Friedrich Hermann *Strohmeyer* (Frohnhausen) | 13 | 1 |
| 14 | Heinrich *Brauer* | 16¾ | ½ |
| 15 | Friedrich Hermann *Keßler* (Langenstein) | 16½ | ½ |
| 16 | Christian Philipp *v. Roques* (Treysa bei Ziegenhain) | 13 | ¼ |
| *Tertia.* | | | |
| Erste Ordnung. 1 | Carl Wilhelm *Möller* | 12 | 2½ |
| 2 | Wilhelm Christlieb *Creuzer* | 13¼ | 2½ |
| 3 | Carl Wilhelm Friedrich *Mertz* | 11½ | 1½ |
| 4 | Joh. Philipp Carl Constantin *Justi* | 12 | 1½ |
| 5 | Friedrich Wilhelm *v. Gilsa* | 13½ | 1½ |
| 6 | Carl Ludwig Theodor Benjamin Friedrich *v. Gehren* | 11½ | 1½ |

| Classe und Stelle. | Namen, nebst elterlichem Wohnorte der Auswärtigen. | Lebensalter. | Classenalter. |
|---|---|---|---|
| | | Jahre. | |
| **Tertia.** | | | |
| Erste Ordn. 7 | Friedrich *Busch* | $14\frac{1}{2}$ | $2\frac{1}{2}$ |
| 8 | Joh. Justus Wilhelm *Eberhard* | $13\frac{1}{2}$ | $1\frac{1}{2}$ |
| 9 | Carl Hermann *Metz* (Schönstadt) | 13 | $1\frac{1}{2}$ |
| Zweite Ordnung. 10 | Joh. Georg *Neumüller* | 15 | 1 |
| 11 | Carl Ludwig *Graff* | $12\frac{3}{4}$ | 1 |
| 12 | Wilhelm Carl Ludwig *Krupp* | 15 | 1 |
| 13 | August Wilhelm Christian *Quentel* (Kerspenhausen) | $16\frac{1}{4}$ | 1 |
| 14 | Carl Bernhard *Hess* | $14\frac{1}{2}$ | 1 |
| 15 | Carl Ludwig Wilhelm Johann *Amelung* | 13 | 1 |
| 16 | Johann Gottlieb *Stein* | $13\frac{1}{2}$ | 1 |
| 17 | George Ludwig *Bauer* | $12\frac{1}{4}$ | 1 |
| 18 | Christian *Heldmann* | $13\frac{1}{2}$ | 1 |
| 19 | Justus Franz Bernhard Carl *v. Motz* | $13\frac{1}{4}$ | 1 |
| 20 | Benjamin Heinrich *Eberhard* | $13\frac{1}{4}$ | 1 |
| 21 | Friedrich Philipp Theodor *Ulrich* | $12\frac{3}{4}$ | 1 |
| 22 | Johannes *Schwaner* | $13\frac{1}{4}$ | 1 |
| 23 | Wilhelm Johann Heinrich *Arend* | $14\frac{1}{4}$ | 1 |
| 24 | Ludwig Georg *Götz* | $14\frac{1}{2}$ | 1 |
| 25 | August Conrad Heinrich Carl *Sangmeister* | $12\frac{1}{2}$ | 1 |
| 26 | Friedrich Wilhelm *Ritter* | $12\frac{1}{2}$ | 1 |
| 27 | Otto *v. Vulte* | 15 | $\frac{1}{2}$ |
| 28 | Salomon *Gosen* (Kirchhain) | 14 | $\frac{1}{4}$ |
| 29 | Heinrich *Brand* (Rosenthal) | $13\frac{3}{4}$ | $\frac{1}{4}$ |
| 30 | Joh. Martin *Vollgraff* | 14 | $\frac{1}{4}$ |
| 31 | Carl *Handwerk* (Rauschenberg) | 17 | $\frac{1}{4}$ |
| **Quarta.** | | | |
| Erste Ordnung. 1 | Jacob *Eltz* (Hirschfeld auf dem Hundsrück) | $15\frac{1}{4}$ | $1\frac{1}{2}$ |
| 2 | Georg Dietrich *Römheldt* | $10\frac{1}{2}$ | 1 |
| 3 | Felix Ernst Julius *v. Gilsa* | $11\frac{1}{2}$ | $1\frac{1}{4}$ |
| 4 | Carl *Hartmann* | 13 | $\frac{1}{2}$ |
| 5 | Christian Wilhelm *Bersch* | $10\frac{1}{2}$ | $1\frac{1}{2}$ |
| 6 | Carl Georg August *Feyler* | $14\frac{1}{2}$ | $1\frac{1}{4}$ |
| 7 | Ludwig Heinrich Ernst Christian *Scheffer* | $11\frac{1}{2}$ | 2 |
| 8 | Friedrich Otto Ernst *Fuhrhans* | $15\frac{1}{2}$ | 2 |
| 9 | Heinrich *Runkel* | $13\frac{1}{4}$ | 2 |
| 10 | Jacob *Maus* (Wehrda) | $15\frac{1}{2}$ | $\frac{1}{2}$ |

| Classe und Stelle. | | Namen, nebst elterlichem Wohnorte der Auswärtigen. | Lebens-alter. | Classen-alter. |
|---|---|---|---|---|
| Quarta. | | | Jahre. | |
| Erste Ordnung. | 11 | Friedrich Ludwig Emil *Gleim* | 11½ | 2 |
| | 12 | Wilhelm Ludwig *Ulrich* | 9½ | 2 |
| | 13 | Eduard *Theiſs* | 9½ | 1½ |
| | 14 | Joh. Christoph *Gundlach* | 11¼ | 1 |
| | 15 | Heinrich *Fischer* | 14 | 1½ |
| | 16 | Albrecht *v. Haller* | 9¾ | ½ |
| | 17 | Theodor Conrad *Flieſs* | 13 | 1½ |
| | 18 | Johannes *Grimmel* | 10½ | 1½ |
| | 19 | Johannes *Keſsler* | 12¾ | 2 |
| | 20 | Joh. Wilhelm Joseph *Gundlach* | 13 | 1 |
| Zweite Ordnung. | 21 | Heinrich *Schönhals* (Groſsseelheim) | 13½ | ½ |
| | 22 | Wilhelm Heinrich *Wiederhold* | 10½ | 1½ |
| | 23 | Wilhelm *Götz* | 11 | 1½ |
| | 24 | Heinrich *Knies* | 12½ | 1½ |
| | 25 | Friedrich *v. Gehren* | 9½ | ½ |
| | 26 | Carl *Bersch* | 9¾ | ½ |
| | 27 | Eduard *Wurzer* | 10½ | ½ |
| | 28 | Georg Dietrich *Bücking* | 11 | 1½ |
| | 29 | Ernst *Körner* | 12 | ½ |
| | 30 | Carl Franz Heinrich *Wagner* | 10¼ | ¼ |
| | 31 | Georg Adolph *Freundt* | 13½ | ½ |
| | 32 | Gustav *Bersch* | 8¼ | ½ |
| | 33 | Johannes *Bücking* | 11 | 1½ |
| | 34 | Valentin *Ruhl* | 11¾ | ½ |

Am Ende des vorigen Halbjahres sind vermöge allerhöchster Verordnung vom 11ten April 1820 mit einem Zeugnisse der Reiſe zu den academiſchen Studien abgegangen: *Strohmeyer* d. A. aus Frohnhausen zur Rechtskunde, und mit einem relativen Zeugnisse R. *Rubino* aus Fritzlar zur Heilkunde; ferner sind zum Theil auch noch im Verlauſe dieses Semesters theils zu andern Lehranstalten, theils zu verschiedenen practischen Berufsarten abgegangen: *Zülch*, *Grau*, *Israel*, Rudolph *Wurzer* aus Prima; Ernst *Flieſs*, *Lachmund* und *Henkel* aus Secunda; *Martelleur*, *Kuntze* und *Uloth* aus Tertia; *Dörr* aus Quarta.